Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

[Liber] xxxvi [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

puteolano diſtat e nilo harena tenuiſſima ſui parte: non ad ſuſtinē
da maria fluctuſqꝫ frangēdos: ſed ad debellāda corꝑa paleſtre ſtu-
diis. Inde ad neronē principē aduehebaꝶ. Quin & leona & crate-
ro alexādri magni ducibus: ſabulum hoc portari cum reliquis mi
litaribus cōmerciis reperio Ca. xiii. Terre varietates ad lateres

Lateres nō ſunt e ſabulo, neqꝫ arenoſo, multoqꝫ minus calcu
loſo ducēdi ſolo: ſed e cretoſo & albicante aut ex rubrica. Vel ſi iaꝫ
e ſabulo: maſculo certe. Finguntur optime, vere. Nam ſolſtitio
rimoſi fiunt: quos edificiis non idoneos probant.

Greci preterq̃ vbi e ſilice fieri poterat ſtictā: parietes latericios pre
tulere. Sunt enī eterni ſi ad ꝑpendiculū fiat. Ideo & ad publica oꝑa
& regias domos addunꝶ. Sic extruxere murū athenis, Sic patris
edes iouis & herculis: q̃uis lapideas colūnas & epiſtilia circūdarēt

Ca. xiiii. de ſulphure & medicinis eius.

Maxime mira eſt natura ſulphuris quo plurima domanꝶ. Naſciꝶ in
inſulis eoliis inter ſiciliā & italiā. Sed nobiliſſimū in melo inſula.
In italia quoqꝫ inueniꝶ. In neapolitano cāpanoqꝫ agro: collibus q
vocaꝶ leucogabi: qđ e cuniculis effoſſum ꝑficiꝶ igni. Vnū eius ge-
nus: viuū qđ greci apyron vocāt, naſciꝶ & ſolidū. Eo ſolo ex oibꝰ
gn̄ibus medicivtunꝶ. Cetera eni liquore cōſtāt: & cōfeciunꝶ oleo in
cocta. Viuū aūt effodiꝶ trāſlucetqꝫ & viret. Alteꝝ genus appellāt
glebā: fullonū tm̄ officiis familiare. Tertio gn̄i vnus eſt vſus ad ſuf
fiēdas lanas: qm̄ cādorē molliciēqꝫ cōfert. Sulfuri tātavis ē: vt mor
bos comitiales deꝑhēdat nidore: impoſitū igni. Luſit & anachi
lās eo cādēs in calice nouo pruna ſuppoſita circūferēs: ex ardeſcē
tis reꝑcuſſu: pallorē dirū veluti defunctoꝝ effundente conuiuis.

Renibus & lūbis mire prodeſt impoſitū. Aufert lichenas a facie
cū therebinti reſina, & lepras. Auelli aūt ſubinde dꝫ. Prodeſt & ſu-
ſpirioſiſ linitū purulēta quoqꝫ extuſſiētibꝰ. & cōtra ſcorpionū ictꝰ.

Fulmia & fulgura ſulphuris odorē hn̄t. ac lux ip̄a eorū ſulphurea

Ca. xvi. de crete generibus.

c Rete plura gn̄a. ex his cymolie duo ad medicos ꝑtinentia;
Cādidū & ad purpuriſſum inclinās. Vis vtriſqꝫ & ad diſcuti
endos tūores: & ſiſtēdas fluxiones aceto aſſumpto. Pauos quoqꝫ
& parotidas cohibet & lichenas ilita puſtulaſqꝫ. Sivero affronitum
admiſceatur & acetum: pedum tumores ſanat: Itavt in ſole curatio
hec fiat: & poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Et refrigerandi quo
qꝫ natura crete eſt, ſudoreſqꝫ immodicos ſiſtit ilita.

Iber. xxxvi. agit de lapidibus/lapidicinis/ſtructuris/pira-
l midibus/laberinthis/& ceteris mirabilibus ſtructuris.

Ca.i.de effoſſione lapidum.Inuehit ꝙ in effoſores.

Apidum natura reſtat. hoc eſt precipua morũ inſania: etiã
l vt gẽme cum ſucinis atq cristali cum murrinis ſileantur.
Omnia namq que ad hoc volumen tractauimus: homini aliqua ex cauſa genita videri poſſunt. Montes natura ſibi fecerat ad quaſdam compages telluris viſceribus denſandis. ſimul ad domandos impetus fluminum: fluctuſq frangẽdos. ac minime quietas partes cohercendas: duriſſima ſui materia. Cedimus hos. trahimuſq nulla alia q̃ deliciarum cauſa. Quos tranſcendiſſe quoq mirum fuit. In portento prope habuere maiores: alpes ab haniba le exuperatas. & poſtea a cymbris. Nunc ipſe cedũtur in mille genera marinorum. Euehimus ea que ſeparandis gentibus pro terminis conſtituta erant. naueſq marinorum cauſa fiunt. ac per fluct⁹ ſeuiſſimam rerum nature partem huc illucq portantur. Iuga mõtium. maiore etiamnum veſania: q̃ cum ad frigidos potus vas petitur in nubila. Celoq proxime rupes cauantur vt bibatur glacie. Secum quiſq audiet que precia horum quas vehi trahiq molas videat. Sed & q̃ ſine his fuerit beatior vita: ad q̃q multorum neces ſit neceſſe iſta facere imo verius pati mortales: quos ad vſus quaſq voluptates alias: niſi vt inter maculas lapidum iaceant? Extãt cenſorie leges in cenis glires: & alia dictu minora apponi vetãtes Marmora inuehi & maria huius rei cauſa tranſiri: que vetaret lex nulla eſt.

Ca.iiii Qui primum laudati in marmore ſcapendo.

Deorum quorundam ſimulacra publice locauerant ſimul ſiconii. que priuſq̃ abſoluerentur: artifices iniuriam queſti abierũt in etholos. Protinus Siconios fames inuaſit ac ſterilitas meror q dirus. Remedium petentibus apollo reſpondit affuturum: ſi dyopenus & ſtylus: ſimulacra perfeciſſent. Quod magnis mercedibus obſequiiſq impetratum eſt.

Ca.v. Admiranda in imaginibus.

Hiponati opus in thio inſnla eſt: Diane facies in ſublimi poſita: cuius vultum intrantes triſtem: abeuntes exhilaratum putant

In pauorũ lapidicinis mirabile proditur. Gleba lapidis cuneis diuidentium ſoluta. Imaginem Sileui intus extitiſſe.

Sunt & in paruis marmoreis famam conſecuti. Hirmecides quadrigam cum agitatore. Id cooperuit alis muſca.

Ca.vi.de modo ſecandi marmora.

Quiſquis primũ inuenit ſecare: ĩportuni ingenii fuit. Harena hoc fit: & ferro videt̃ fieri: ſerra in pretenui linea ꝓmente arenas verſando: tractuq; ipſo ſecãte. Aethiopia ad hoc maxime probatur. Nam id quoq; acceſſit: vt ad ethiopas vſq; peteretur

Ca.vii.

Marmorũ g gñã & colores nõ facile eſt numerare: in tãta multitudine. Precioſiſſimi gñis lacedemonicũ viride cunctiſq; hilari⁹ Sic & auguſtenũ. deinde tiberinũ. Cuius vſus cõuenit his q̃ vrẽda aut ſiccanda ſunt ex aceto ilitus. Oſtupeſcit enim ita corpus vt non ſenſiat cruciatum.

Ca.ix. De obeliſcis.

Is obeliſtus quẽ diuus auguſtus in circo magno conſtituit exciſus a rege Seneſenteo: quo regnãte pitagoras in egipto fuit cẽtũ.xxv. Pedũ eſt & dodrãtis. p̃ter baſin eiuſdem lapidis. Inſcripta; rerum nature interpretationem egiptiorum operis continet.

Ca.x Ratio ad deprendendum dierum & noctium durationem

d Iuus auguſtus addidit mirabilẽ vſum ad deprẽdẽdas ſolis vmbras; dierũq; ac noctiũ magnitudines. ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinem: cui par fieret vmbrarũ rome confecto die ſexta hora. Paulatimq; p regulas q̃ ſunt ex ere incluſe ſingulis diebus decreſceret augeſceret. Digna cognitu res & ingenio fecundo Maulius mathematicus auratã pilã addidit: ciuius vertice vmbra colligeret̃ in ſemetiꝑam: alia atq; incrementa iaculãtẽ apice. rõne vt ferũt a capite hoĩs intellecta. Hec dierũ obſeruatio triginta fere annis nõ cõgruit. Siue ſolis ĩpius diſſono curſu: & celi aliqua rõne mutato: ſiue vniuerſa tellure aliquid a cẽtro ſuo dimota (vt dep̃hendi & in in aliis locis accipio) Siue vrbis tremotibus: Siue inundationibus tiberis ſedimento molis facto: q̃q̃ ad altitudinẽ impoſite rei in terrã quoq; dicantur iacta fundamenta.

Ca.xii. de piramidibus egiptiis & ſpinge.

d Icant̃ obiter & piramides in egipto: regũ pecunie ocioſa & ſtulta oſtentatio. Quippe cũ faciẽdi eas cauſa a pleriſq; tradatur: ne pecuniã ſucceſſoribus aut emulis inſidiantibus p̃berent: aut ne plebs eſſet ocioſa. Eſt ſpinx maxĩe miranda: Amaſyn regẽ putant in ea cõditũ. Eſt aũt ſaxo naturali eleborata & rubrica capitis mõſtri ambitus p frontẽ. c.ii. pedes colligit. lõgitudo. cxliii. Sed

piramis ampliſſima ex arabicis lapidicinis conſtat. Trecẽta ſexagita hominũ millia annis. xx. eam conſtruxiſſe proditur. Nempe qui

de his ſcripſere ſunt herodotus artemidorus butarides.
Ampliſſima octo iugera obtinet ſoli. quattuor angulorū paribus interuallis: p octingentos octoginta tres pedes. Singulorū laterū altitudo a cacumine pedes quindecim. Alterius interualla ſingula per.iiii.angulos pares.dcc.xxxvii.cōprehēdūt. Tertia minor p̄dictis ſed multo ſpectatior ethiopicis lapidibus cōſurgit.ccc.ſexaginta tribus pedibus inter angulos. Menſuram altitudinis earum omniūq; ſimiliū: inuenit. Thales mileſius: vmbrā metiendo qua hora par eſſe corpori ſolet. Hec ſunt piramidū miracula. Sup̄mūq; illud ne quis opes regū miretur: extitiſſe laudatiſſimā a Rodope meretrice factā eſopi fabularū philoſophi conſerue quondā & contubernalis hec fuit maiore miraculo tantas opes meretricio eſſe cōquiſitas queſtu.
Magnificatur & alia turris a rege facta in inſula pharoportū obtinente alexandrie: quā conſtituiſſe.dccc. talentis tradunt: magno animo nequid omictamus. Vſus eius nocturno nautarum curſui ignes oſtendere ad prenuncianda vada. potiuſq; introitū. Sicut iā tales cōpluribus locis flagrāt ad vitādū periculū etiā in corriuatōe

Ca.xiii.de laberinthis.

d Icamus & laberinthos vel portentoſiſſimū hūani ingenii opus. ſed non vt exiſtimari poſſit falſum. Durat nunc etiā in ægipto gnomos: qui primus factus eſt vt aiunt ante annos.iii.M.ſexcentos. Cauſas faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam moterudis fuiſſe. Licyas ſepulcrū Meridis. Plures ſoli: ſacrū id extructum quod maxime creditur. Hinc vtiq; ſumpſiſſe dedalū exemplar eius laberinthi quē fecit in creta non eſt dubium. Sed centeſimam eius ſolum portionem imitatum: que itinerum ambages occurſuſq; ac recurſus inexplicabileſ continet. Non vt in panimentis: puerorum vel ludicris campeſtribus ſed crebris foribus inditis ad fallendos occurſus redeundūq; in errores eoſdē Secundus hic fuit ab egiptio laberinthus. tertius in lenno. Quartus in italia. Omnes lapide pollito fornicib⁹ tectis. Egiptius quod miror equidem in introitu lapideis e paro columnis Relique erāt ſieuite molibus compoſitis: quas diſſoluere ne ſecula quidem poſſint adiuuantibus eracleopolitis: qui id opus inuiſum mire infeſtauere Poſitionem operis eius ſingulaſq; partes enarrare non eſt: cum ſit in regiones diuiſum atq; in prefecturas quas vocant gnomos: ſedecim noībus eorum totidē vaſtis domibus atributis

Sunt piramides complures quadragenarum vluarum ſenos ra dice muros obtinentes. Feſſi iam eundo: preueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem. Quin & cenacula prius excelſa porticusq; aſcendunt nonagenis gradibus. Omnes intus columne de porphirite lapide. Deorum ſimulacra: regum ſtatue monſtrifice eſſigies. Quarũdam domorum talis eſt ſitus: vt adaperientibus fores tonitrum terribile exiſtat. Maiore autez in parte tranſitus eſt per tenebras. Alieq; rurſus extra murum laberinthi, edifitioꝝ moles pteron appellant. Inde alie perfoſſis cuniculis ſubterranee domus. Lẽnius laberinthus ſimilis il..s colũnis tantum Centũ quinquaginta memorabilior fuit, quarum in officina turbines ita librati pependerunt vt puero circunagente tornarentur.

Adeo veſana dementia qneſiſſe gloriã impendio nulli pro futuro. Pretea fatigaſſe regni vires vt tamẽ laus maior artificis eſſet.

Ca.xiii. De penſili horto & oppido.

l Eguntur & penſiles hortos: immo vero totum opidum feciſſe egiptie thebe: exercit⁹ armatos ſubito educere ſolitis regibus nullo oppidanorum ſenſiente. Etiamnum hoc minus mirum q̃ ꝙ flumine mediũ oppiduz interfluente: que ſi fuiſſent non dubium eſt homerum dictutũ fuiſſe: cum centum portas ibi predicaret. Grece magnificẽtie extat templum epheſie diane ducẽtis.xx.annis factum a tota aſia. In ſolo id paluſtti fecere; ne terre motus ſentiret: aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico atq; inſtabili fundamenta tante molis locarentur ante calcatis: ea ſubſtranere carbonibus, dein velleribus lane. Vniuerſo templo longitudo eſt quadringentorum.xxv.pedum. Latitudo.cc.xx. Colũne.c.xxvii.a ſingulis regibus facte.lx.pedum altitudine. Ex his, xxxvi.celate. Summum miraculum: epiſtilia tante molis attoli potuiſſe.

Ca.xv. De reſonantia vocum hedifitio ſine clauo & alia.

Iuxta portam cyrici turres ſeptem voces acceptas muneroſiore repercuſſu multiplicant, nomẽq; huic miraculo a grecis echo datũ Et hoc quidem natura locorũ euenit. Et plerumq; conuallium ibi caſu accidit. Olimpie autem ibi arte mirabili mox ſepties vox eadem redditur.

Cizici hedifitium amplum ſine ferreo clauo: ita diſpoſita cõtignatione: vt eximantur trabes ſine ſuturis ac reponantur. Quod item rome in ponte ſublicio religioſum eſt.

Aufert animū & a deſtinato itinere digredi cogit cōtemplatio tam prodige mentis. aliāq; conuecti maiorē inſaniam. Quid miretur quiſq; in hoc primū? inuentorem an inuentum? artificem an auctorem? Auſū aliquē excogitare an ſuſcipere? parere an iubere? Montē perfoſſum mirabili impendio cū corrinatio aquarum egereretur in vertice machinis. Omniaq; intus in tenebris: que neq; concipi animo niſi ab his qui videre. Eſt inter italie miracula marmorē in lapidicinis creſcere auctor eſt papirius fabianus nature rerum peritiſſimus. Exemptores quoq; affirmant compleri ſponte illa montium vlcera.

Ca.xvi. De magnetis generibus.

Que maior in parte nature imptobitas dederat vocē ſaxis: vt diximus reſpondentē homini: immo vero & obloquentē. Ecce manus ſenſuſq; tributi illi. Quid ferri duritia pugnatius? trahitur nāq; a magnete lapide. Domitrixq; illa rerum natura ad inane neſcio quid currit. atq; vt propius venit: aſſiſtit. teneturq; & complexum heret. Inuenitur in india & hiſpania paſſim.

Ca.xvii. De lapidibus que cito abſumunt corpora in eis condita. queq; diu ſeruant.

Apidem e ſiro inſula integrum fluitare tradūt. eundem cō
l minutum: mergi. Lapis ſarcofagus corpora defunctorꝝ xl. diebus abſumit exceptis dentibus. Strigiles: veſtes: & caltiamēta illata mortuis: lapidea fieri. Eius generis & in licia ſaxa ſunt & in oriente: que viuētibus quoq; adalligata erodunt corpora. Micior eſt autē ſeruandis corporibus nec abſumēdis chemites. In quo darii corpus conditum ferunt.

Ca.xviii. De ebore foſſili et lapidibus palmatis.

Theophraſtus & muſcianus eſſe alieuos lapides qui pariant credunt. Idem & ebur foſſile candido & nigro colore inueniri. & oſſa e terra naſci. Inueniriq; lapides oſſeos.

Ca.xix. De coralio ſiue pirite amianto gagate.

Oralium lapidē piritem vocāt: quia ſit plurimus ignis illi
c Coquuntur varie ab aliis. Tertioq; in melle. poſtea lauantur vt es. Vſus eorꝝ medicina excalfacere/ſiccare/diſcutere humoreꝫ extenuare/ & duritias nimias mollire. Vtuntur & crudis tuſiſq; ad ſtrumas atq; furunculos. Piritarum etiaꝫ aliqui faciunt genus vnum/plurimum habens ignis: quos viuos appellamus. & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorꝝ maxime neceſſarii:

qui clauo vel altero lapide percuſſi : & ſintilas edunt : que excepte
ſulphure : aut fungis aridis aut foliis : dicto celerius ignem trahũt.
Oſtratie ſimilitudinem teſte habent. Vſus eorũ pro pumice ad
leuigandam cutem. Poti : ſanguinem ſiſtunt. Et iliti cum melle : vl
cera doloreſq; mammarum ſanant. Amiantus alumini ſimilis
nichil igni deperdit. Hic venefitiis reſiſtit omnibus, preſertim ma
gorum. Gagates lapis niger eſt, planus punicoſus
non multũ a ligno differens / leuis / fragilis odore ſi teratur grauior.
fictilia ex eo inſcripta non delentur. Cum vritur odorem ſulfureũ
reddit. Mirumq; accenditur aqua : oleo reſtingitur, fugat ſerpẽ
tes ita, recreatq; vulue ſtrangulationes. Deprehendit ſonticũ mor
bum & virginitatem ſuffitus.

Ca. xxii. De mirandis lapidibus.

In ſiphino lapis eſt qui cauatur tornaturq; in vaſa coquendis cibis
vtilia, vel ad eſtulentorum vſus. Quod in comenſi italie lapide
accidere ſcimus. Sed in ſyphino ſingulare : q; excalfactus oleo ni-
greſcit dureſcitq;, natura molliſſimus : tanta qualitatum differen-
tia eſt.
In belgica prouintia candiduz lapidem : ſerra qua lignum facilius
etiam ſecant ad tegularum vicem. Et igne etiam durati idem ſectia-
les ſunt.

Ca. xxiiii. De ſiſternis.

De calce & arena.

e T ſiſternas arena pura & aſpera : quinq; partibus calcis q̈
vehementiſſime duabus conſtrui cõuenit, fragmentis cili
cis non excedentibus. Ita ferratis vectibus calcari ſolũ pa
rieteſq; ſimiliter. Vtilius geminos eſſe : vt in priore vicia conſidant
aque : atq; per collum in proximos tranſeat : maxime pura aqua.
Calcis in medicina magnus vſus. Eligitur recens nec aſperſa
aquis, vrit diſcutit extrahit. Incipienteſq; ſerpere vlcerum impe-
tus coheret. Aceto & roſaceo temperata perducit ad cicatricem
Luxatis quoq; cum adipe ſuilo aut liquida reſina cum melle mede
tur. Eadem compoſitione & ſtrumis. Malta lapis ex calce fit re-
centi, gleba vino reſtingitur, mox tunditur cum adipe ſuilo. & fi-
cu duplici liniamento : queres omnium tenaciſſima & duriſſima eſt
lapidis duriciem antecedens. Quod maltatur oleo perficitur ante.

Ca. xxvi. De vitris.

In vulturno mari italie arena alba naſcẽs : lucrinum que moliſſima
eſt : pila molaq; reritur. Deinde miſcet tribus partibus nitri pon-
dere vel menſura, ac liqusta in alias fornaces tranſfunditur. Ibi fit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

maſſa que vocatur amonitrum. Atqꝫ hoc recoquitur & fit vitrum purum ac maſſa vitri candidi. Iam vero & per gallias hiſpaniaſqꝫ ſimili modo arene temperantur. Ferunt tiberio principe excogitatum vitri temperamentū vt flexibile eſſet. Et totam officinam artis eius abolitam: ne eris argenti auri metallis precia detraherentur. Eaqꝫ fama diu crebrior q̄ certior fuit. Vitrum ſulphuri cōcoctum ferruminatur in lapidem.

Ca. xxvii. De igne & medicinis eius. & mirandis.

i gnis accipit arenas ex quibus alibi vitrum / alibi argentū / alibi / minium / alibi plumbum / alibi pigmenta / alibi medicamenta fundit. Peſtilentie que ſolis obſcuratione contrahitur: ignis ſuffitu multiſformiter auxiliari certum eſt. Ad conuulſa viſcera aut contuſa. Lix cinis eſt foci. verba ſunt varronis Inde enim cinis luxatis mēbris potus medetur. Vt licet videre gladiatores cum deluſerint: hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi: quo duo ſconſulares nuper abſumptos indicauimus: querneus carbo tritus cum melle ſanat. Adeo in rebus dānatis. quoqꝫ ac iam nullis: ſuut aliqua remedia. vt in carbone & cinere.

Tarquino priſco regnante: tradūt repente in foco comparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus. eamqꝫ que inſiderat ibi: Tanaquilis regine ancillam captiuam: conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruiū tullium natum: qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubanti puero caput arſiſſe viſum.

Liber. xxxvii. Agit de gemmis tam naturalibus q̄ factitiis: earumqꝫ probationibus. Et quibus in locis inueniri queant.

Prologus.

v T nichil inſtituto operi deſit: gemme ſupeſunt. & in arctum coacta rerū nature maieſtas: a multis nulla ſui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati / coloribus / materie / decori. Violare etiam ſignis gemmas: nephas ducentes. Aliquas vero extra precia vlla taxationēqꝫ humanarū opū arbitrantes: vt pleriſqꝫ ad ſūmā abſolutāqꝫ rerū nature contēplationē